

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. IV. Ad valorem chrismatis necessaria est benedictio Episcopi, vel
alterius cui illa benedictio committi poteris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

Antī balsami valere sacramen-
tum,

substantiam. Imò juxta Pontium supra parte 1. c. 1. n. ultimo apud Græcos alia aro-
mata cum balsamo sine crimine miscentur,
dummodo verò remaneat ejus substantia.

Latinis verò propter consuetudinem con-
traria fine gravi peccato id non licet.

Cæterū quod attinet ad raritatem veri
balsami, clarum est haecēns in Ecclesia
Dei illud numquam defuisse, quandoquā
modicū quid sufficiat, adeoque non
est communiter periculum invalidæ admi-
nistratiōis hujus Sacramenti.

75.

Conguit
in hoc Sa-
cramento
mittere bal-
sama cum
oleo.
Sect. .

Huc usque de prima parte conclusionis,
quam finio declarando similitudinem
Chrismatis cum effectu Confirmationis,
verbis Doctoris Subtilis supra n. 8. Materia
autem remota, scilicet Chrisma, habet simili-
tudinem cum effectu huius Sacramenti; oleum
enim nitorem habet, & supereminet ceteris li-
quidis, & est materia proxima incendi. Per pri-
mum significat castitatem & munditiam: per
alia duo significat charitatem. Et balsamum
quod habet bonum odorem significat bonam fa-
mam, iuxta illud 2. Cor. 2. Christi bonus
odor sumus Deo. Balsamo etiam corpora mor-
tuorum conduntur ne putrefiant; ideo significat
incorruptionem. Per illam ergo materiam, scilicet
Chrisma confectum ex olio & balsamo signifi-
catur, quod confirmatus debet habere munditiam
& charitatem & bonam famam: quia sine istis
non est multum authentica confirmatio fidei
Christiana.

Sequitur secunda pars conclusionis,
quam ad vitandam nimiam prolixitatem,
& exinde obscuritatem rursus subiicio,
& explico sequenti conclusione.

CONCLUSIO IV.

Ad valorem chrismatis necessa-
ria est benedictio Episcopi,
vel alterius cui illa benedictio
committi poterit.

76.
Benedictio-
nem Chri-
matis ag-
noscunt
Catholici.

Irrident he-
retici,

Benedictionem Chrismatis agnoscunt
omnes Catholici. Irrident heretici, &
tanquam canes mortui maledicunt Domi-
no nostro, id est, Christo, qui eam insti-
tuit, & Matri nostræ Ecclesia Catholica, quæ illâ utitur. Calvinus lib. 4. instit. c.
19. §. 8. vocat Chrisma, oleum diaboli
mendacio pollutum. Kemnitius Chrisma
excantatum & benedictionem supersticio-
sam & magicanam illudque summoperè ex-
plidunt, quod Ecclesia post Chrismatis
benedictionem dicat: Ave sanctum oleum. Lo-
cuto quippe ad res animatas, & rationales

dirigitur; Chrisma autem est quoddam
inanum.

Sed quid dixit Abisai filius Serbie au-
diens maledictionem pessimam, quæ Se-
mei 2. Reg. 16. maledicebat Davidi pro-
fugo à facie Absoloni? Quare, inquit, ma-
ledic̄t canis hic mortuus Domino meo Regi Ia-
dam & amputabo caput eius. Quare à here-
tice allocationem, salutationem & bene-
ditionem rerum inanimatarum & irra-
tionalium, lege Canticum trium puerorum
apud Danielem c. 3. à versu 57. & dein-
ceps: Benedic̄te omnia opera Domini Domini
&c. Psalmum quoque Davidicum 148. qui
incipit: Laudate Dominum de celis. Permove 1/1. 16.
vitam S. Andreae, & scriptum reperies:
Salve crux diu desiderata.

Inspice Deuteronomium c. 28. v. 5.
dicet tibi: Benedic̄ horrea tua (si audieris
ut dicitur v. 1. vocem Domini Deitū, ut sa-
cias atque custodiás omnia mandata eius) & be-
nedict̄ reliqua tua. Perscrutare lib. Sap. c.
14. v. 7. Benedictum, inquit, est lignum, p. 14
quod sit iustitia.

An putas Ecclesiam salutare Chrisma
physicē substantialiter absolutē, quæ illud
compositum ex oleo & balsamo secundū
se sine respectu ad aliud, sit dignum honore
& submissione? Erras toro celo. Quid
ergo? Ave dicit Ecclesia Chrismati bene-
dictio relativè moraliter, prout est Symbo-
lum gratiae in Sacra Scriptura, denotaque
vel gratiam nobis conferendam, vel ipsum
Christum. Unxit enim Deus Christum
oleo lætitiae, & Christi nomen à christate
derivatur. Sic laudamus imagines Christi
ac Sanctorum, easque colimus non substan-
tiam, colores aut artem, sed propter re-
spectum, quem habent ad prototypum seu
exemplar, in quod omnis illa laus, cultus
& honor redundat.

Amputavimus caput hæresos, substitua-
mus caput Catholicæ veritatis. Ecquod
illud? Traditio Ecclesiæ à temporibus
Apostolorum, ad hoc nostrum usque se-
culum derivata per diversos Pontifices,
Concilia ac SS. Patres. In Catalogo Pon-
tificum non infimas tener Fabianus Epist.
2. supra citatā, in qua etiam precipit fin-
gulis annis novum Chrisma conferari;
valeat tamen vetus, ut bene notat Pontius
supra c. 2. n. 23. Quippe nulla fit mencio
hujus renovationis in Concilio Floren-
tino, & alijs res ipsa sat ostendit valde ex-
trinsecum esse, quod Chrisma sit illius
anni.

Confirmatur ex materia Extrema: Uni-
onis, quæ etiam quot annis renovanda
est, sic tamen ut veteri uti possit, qui novam
non dūbit.

nondum accipere potuit.

Jona. III. Fabiani partes suscipit Innocentius III. c. unico de sacra Unctione ibi: *Ad exhibendum autem extorenem & visibilem unicronem benedicatur oleum, quod dicitur Catechumenorum, vel infirmorum, & conficitur id est, consecratu) Christma, quod ex oleo fit & balsamo mystica ratione.*

Hujus benedictionis memini Florentinum. Inter Concilia nullum clarius Florentino, ibi: *Secundum Sacramentum est Confirmationis, cuius materia est Christma confessum ex oleo.... & balsamo.... per Episcopum beneditio.*

78. Testimonio SS. Patrum obvia sunt; ut frustra videatur illa particularim recensere. Videantur Bellar. de hoc Sacramento lib. 2. c. 8. & Pontius parte 2. c. 3. Quamquam aliqua explicari possint; & debeant de ipso Sacramento: prout est illud D. Aug. lib. 5. de Baptismo c. 19. in fine: *Quomodo, inquit, aquam mundat, & sanctificat hominida?* Quomodo benedicunt oleum tenebra? Si autem adest Deus, adest Sacramentum & verbis suis per qualibet administrantur, & Sacra- menta Dei ubique recta sunt, & malis homines, quibus utibz profunt, ubique perversi sunt.

Similiter intelligendum puro quod ait c. 20. eodem libro: *Cur autem ad verbis, que procedunt ex ore homicida, posse tamen Deum oleum sanctificare, & in altari, quod heretici posuerunt, non posse, nescia, nisi forte cor hominis, quem fallacter conversionem intus non impedit, lignum fallacter postum impedit foris, quod minus Sacramentum suis adest dignatur, nullus hominum falsitatis impeditus.*

Prosequitur: *Si ergo ad hoc valet, quod dictum est in Evangelio: Deus peccatores non audit ut per peccatum sacramenta non celebrarent, quoniam exaudire homicidam deprecarentur, vel super aquam Baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capitulum, quibus manus (reconciliatoria) imponuntur?* Quia omnia tamen & sunt, & valent etiam per homicidas. Hactenus Aug.

79. Interim tamen, quia infinitis propemodum locis SS. Patres vocant oleum sanctificatum, Christma sacramatum, sacrolancatum, sacramentum, sacram, benedicatum &c, accedente praesertim perpetuo & universalis Ecclesie uli, nemini dubium esse debet, aut potest quis praeferre ipsam confirmationem Sacramenti, alia benedictio seu consecratio Christmaris sit necessaria, saltem ex praecopo.

Nam quod attinet ad valorem Sacramenti, adducit Paludanus in 4. dist. 7. q. ultimâ in solutione ad primum, contra communem opinionem, ubi habet hæc verba: *Ad cuius evidentiam est sciendum,*

quod forte ex dispensatione Papæ ex Christmate non consecrato, & de oleo non benedicto possent sani confirmari, & morientes inagi: & esset eadem materia; quia consecratio illa nihil reale addit, sed puram relationem rationis dicit.

Unde Christus materiali instituit, sed sanctificationem Ecclesie commisit. Unde Papa qui est supra totam Ecclesiam non potest quidem materiali mutare, sed ejus confirmationem potest mutare, vel omittere; quia sic Christus instituit, quod oleum vel Christma sit materia, eodem modo quo fuerit per Ecclesiam determinatum. Unde forte non idem modus est consecrandi apud omnes. Et quia consecratio illa non est Sacramentum, sed aliquid Sacramentale, ideo videtur esse in dispositione Ecclesie.

Sicut autem nullum est Matrimonium inter personas, quas Ecclesia reddit illegitimas; sic non esset Confirmationis nec Unctio, si fieret de materia contra ritum Ecclesie preparata. Hec Paludanus. Quam sententiam transcripti Capitulo in 4. dist. 7. q. 2. in soler. ad 1. & probabilem jucunda Estius in 4. eadem dist. §. 9. in hoc.

Profecto haud clare video, ex quo alio capite contrarium efficaciter possit convinci, prater communionem sensum Ecclesie, quæ in Concilio Florentino, sicut requirit oleum & balsamum, sic simpliciter & aqua-

De necessitate Sacramenti dubitatur Paludanus,

Cuius sententia probabilem habet dicat illius

80.

liter requirit, ut si per Episcopum benedictum. Ergo si oleum & balsamum sunt materia necessaria necessitate Sacramenti, quidam etiam benedictio Episcopalis?

Fateor aliter Christum patuisse instituere; sed instituisse nullum appare vestigium. Pontificibus, Conciliis ac SS. Patribus unanimiter postularibus benedictionem, & inter essentialia Confirmationis eam reconsenserunt. Cum autem tota hæc res pendeat à voluntate Christi; quam nostris rationibus non possumus metiri, opinemus et colligitur ex universalis sensu Ecclesie, que est testo Apost. 1. ad Timot. 3. vi. 13. Columna & firmamentum veritatis.

Oppositorum equidem clare convincitur ex sensu Ecclie.

Ez quis Christi voluntas dignocenda est.

81.

Enimvero si Ecclesia unquam putasset se habere potestatem dispensandi ut vult Paludanus supra) in benedictione Christmaris, mirum si unquam dispensasset. Quia Greg. XIII. quando concessa facultatem humphici Sacerdoti confirmingandi in India, sollicitè curavit, ut uteretur Christmate ab Episcopo benedicto.

Et quam facile potuisse Florent. discernere materiam essentialem ab accidenti dicendo: *Communiter ab Episcopo benedictum, vel, Cui debet accedere benedictio Episcopi?*

Et que hanc dispensandi potestatem non ageret,

*Sigillatio
ri bene-
ditionem
ad minus
esse nec-
ssaria pro-
cepit,*

Episcopi? Sicut loquitur de aqua, quæ ex solo præcepto miseri debet vino consecrando, dicens: *Materia Eucharistia est panis triticus, & vinum de vite, cui ante consecrationem aqua modicissima admiseri debet.* Et sicuti de ministro Confirmationis dicit: *Ordinarius minister est Episcopus.* Ac de verbis matrimonialibus: *Causa efficiens Matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de presenti expressus.*

Cum ergo Florentinum simpliciter prænuntiet materiam Confirmationis esse Chrisma ex oleo & balsamo confectionum per Episcopum benedictum, nec ullibi Ecclesia agnoscat in se potestatem dispensandi magis in benedictione, quam in oleo, aut balsamo; neque ulla tempore, aut loco legatur administrasse hoc Sacramentum aut sine oleo, aut sine balsamo, vel in Chrismate non benedicto, nulla est ratio afferendi in magis Chrisma esse partem essentiale, quam in benedictione.

82.

Si dixeris cum Estio supra; non leve sumitur argumentum pro contraria opinione ex Innoc. III. c. 1. de Sacramentis non iterandis, ubi ratum habet hoc Sacramentum factum unctione solius olei, quod non est verisimile benedictum fuisse, saltem eam benedictione, quam Christi adhibetur, cum sint diverse, & ad diversa ordinatae benedictiones olei simplicis & Christi.

Ad hoc, inquam, argumentum Conclusionis præcedenti abundè responsum fuit, Pontificem haudquam ratam habuisse in illo casu Confirmationem, sed potius irritam judicasse, & ideo denuo conserendum.

Atque ut ratam habuisset, unde constat illud oleum non fuisse benedictum? Potuit namque benedicti eam benedictione, quam solum oleum benedicitur in Pontificali Romano post benedictionem balsami. Quod autem riteatur benedictio in eo capite, non præbet firmum fundamentum eam negandi, utpote argumentum desumptum ex auctoritate negativa.

Porrò quid illa benedictio sit diversa, quid refert? Quippe secundum communem sententiam forma benedicendi relictæ est determinationi Ecclesie, ita ut Christus, licet instituerit oleum seu Christma consecrari per Spiritus sancti invocationem; non tamen illius invocationis determinata verba præscriperit.

Si rursum opponas verba D. Aug. tract. 118. in Joannem circa finem ibi: *Postremo quid est quod omnes uerunt signum Christi, nisi crux Christi?* Quod signum nisi adhibeatur,

sive frontibus creditum, sive ipsi aquæ, ex qua regenerantur, sive oleo, quo christmatum ungunt, sive Sacrificio, quo aluntur, nimirum rite perficitur. Ubi benedictionem olei equipar benedictioni aquæ baptismalis, quam constat esse accidentalem.

Respondeo; omnes Patres, & Concilia semper diversimodè loqui de benedictione aquæ, & benedictione Christi. Non adfero nisi ipsum Concilium Florentinum, quod enumerans essentialia Baptismi, verbo attigit benedictionem aquæ. Similiter Concilium Tridentinum, quod tamen sensu 7. de Sacramento Confirmationis appellat Christma sacram can. 2. ibi: *Qui facio Confirmationem Christi virtutem aliquam tribuant.*

Quid ergo ad Aug. 2. Dico cum Pontio supra parte 2. c. 3. n. 14. Ly Rite, explicandum esse de necessitate præcepti, non excludendo tamen necessitatem Sacramentum; quippe quod requiritur ad valorem, etiam est necessarium ex præcepto, licet non esse contra. Aut certè sumendum generiter, ut accommodat ad naturam Sacramentorum (de quibus ibi non disputat Aug. sed solum enumerat) vel ritum denotet essentiale, vel accidentale.

Cæteroquin ex eodem testimonio probaretur ritum ungendi in forma crucis non esse essentiale contra communem sententiam Scholasticorum, ut dicitur Conclusioni sequenti. Patet, quia etiam de unctione loquitur, sicut de alijs.

Dices Tertium cum Estio supra; idcirco Patres studiosi urgent necessitatem benedictionis Christi, quam aquæ, tum quid illa ex divina institutione descendit, non ista; tum ne videantur arcere viam salutis, si necessitatem benedictionis aquæ vehementius urgerent, quamvis & illa sit in præcepto.

Sed contra Primum; si benedictio Christi præcipitur à Deo, interrogo ubi deinde infero: ergo requiritur ad valorem, ut præcedenti Conclusioni argumentatum, contra Dicastillonem & præcitem Auctorem, pro essentiali mixtione balsami. Vide ibi dicta.

Contra Secundum; quia minor necessitas Confirmationis quam Baptismi, nec ita Christus instituit, ut potius benedictio Christi sit essentialis, quam benedictio aquæ; sicuti quamvis in Baptismo, ob summam ejus necessitatem, quicunque sit sufficiens minister, Confirmationis tamen solus Episcopus, de quo sectione sequenti.

Venio ad Paludanum, qui non omnino asserit sic esse, sed loquitur dubitativè; ut

Non magis quam dispensandi in oleo & balsamo.

Meque ratificatione Sacramenti facti sunt non solius olei aliquid probat;

Unde enim constat illud oleum non fuisse benedictum?

Estio benedictione diversa?

83. 8. Augst.

Sect. 1. De Essentia Confirmat. Consol. 4. 441

Rationes
Paludani
expendu-
tus.

Allia-
et min-
bentia
ne ap-
Cathol-
Ex non
coexist-
Et rejici-
tur.

Matth. 19.
Innoc. III.

pater ex ly forte. Et quidem benedictio-
nem illam passivam esse quid rationis quis
nesciat? Sed quid inde? An forsitan al-
quis dixerit solam benedictionem passi-
vam, sive ens illud rationis esse materiam
Confirmationis? Nemo certe. Quid ergo?
Chrismata benedictum, quod nihil aliud est
quam compositum ex oleo & balsamo, su-
per quo à legitimo ministro prolatas sunt
verba consecrationis, ens profecto realissi-
mum, cui conueniat denominatio extrin-
seca benedicti.

Et sane si Ecclesia potuit præcipere, &
de facto suo præcepto, secundum prefatum
Auctorem, irritat Confirmationem & Un-
ctionem factam de materia non benedicta,
Quidni & Christus? An quia Ecclesia
(utor simili Auctoris) aliquas personas
redit illegitimas, adeoque inhabiles ad
validè contrahendum Matrimonium, ideo
ipse Christus per se non potuit illegitima-
re? Quis irritum reddidit Matrimonium
cum secunda, vivente primâ, quod validum
erat in veteri lege, nisi Deus? Propter hoc,
inquit Christus Matth. 19. v. 5. dimittet
vobis patrem & matrem, & adhærebis uxori
sue, & erunt duo in carne una.

Quod sic interpretatur Innoc. III. extra
de divorciis c. Gaudemus: Non dixit tres vel
plures, sed duo, nec dixit, adhærebis uxoribus,
sed uxori. Ex quo ibidem post pauca con-
cludit: Nec ali unquam licuit in simul plures
habere uxores, nisi cum fuit divina revelatione
concessum.

Itaque ex præcepto Dei & Christi ma-
teria necessaria ad valorem Matrimonij est
homo solutus à lege Matrimonij. An illa
libertas aliquid reale est præter corpus ho-
minis non obligatum matrimonialiter?
Certè nihil.

Quocirca omnes concedere debemus
Christum ita potuisse instituere pro materia
Confirmationis oleum & balsamum, ut
tamen ad valorem requireretur benedi-
ctio, licet hæc nihil reale addat. Quod
autem sic fecerit, arbitrari sat's efficaci-
ter probari ex iam dictis. Porro bene-
dictio appellanda sit pars materiae, an
vero conditio essentialis, sine qua oleum
& balsamum non sunt materia, parvum
euro de vocibus, dummodo res teneatur,
scilicet ad valorem Chrismatis necessariam
esse benedictionem.

Ex quo sequitur corollarium: quod
conferatio ista non est aliquid dumtaxat
sacramentale, ut Paludanus vult, nam
sic esset in dispositione Ecclesia, cuius
est sacramentalia instituere, ac proinde
mutare; sed est pars vel conditio substancialis, quam sicut Ecclesia nequit instituere (juxta præsidentiam Dei ordinariam) ita nec de ea disponere per abrogationem, vel dispensationem.

Quamquam enim, ut declarat Synodus Trident. l. 21. c. 2. in principio hæc potes-
tas perpetua in Ecclesia fuerit ut in Sacra-
mentorum dispensatione, existueret, vel mutaret
que suscipientium militati seu iporum Sacra-
mentorum venerationi, pro rerum, temporum &
locorum varietate magis expedire iudicaret;

Evidem loca nota Trident.

Et ideo licet forma benedictionis, ut lu-
pra insinuavi, relicta videatur dispositio-
nem Ecclesie, tamquam aliquid sacramentale
pertinens ad usum Sacramenti; ipsa tamen
conferatio instituta est à Deo tamquam
pars, vel conditio substantialis.

Nec simile est in Matrimonio, cui Ec-
clesia præfigit conditions essentialies seu
necessarias ad valorem: etenim per hoc
quod Christus Matrimonium elevaverit ad
dignitatem Sacramenti, non perdidit ra-
tionem contractus civilis; in tantum ut
etiam nunc post illam elevationem Prin-
cipes seculares possent initare hujusmodi
contractus, prescribendo ipsis formas &
conditions substantiales; nisi Ecclesia
ratione dignitatis sacramentalis sibi ipsi illam
potestatem reservasset, ut latius di-
cetur proprio loco. Planum autem est
hæc non habere locum in Sacramento
Confirmationis.

Melior instantia pro sententia Paludani
acciperetur ex Sacramento Ordinationis,
cuius materiam in particulari, reliquit
Christus determinationi Ecclesie, ita ut
si hodie Ecclesia præscriberet signum po-
testatis aliud à traditione v. g. instru-
mentorum, que modo est materia es-
sentialis, ut ex alibi dicendis suppono, ipso
facto traditio desineret esse talis: ergo si-
militer potuit Christus sic instituisse pro
materia Confirmationis Chrisma, ut ta-
men relinquenter voluntati Ecclesie adjun-
gere, vel non adjungere benedictionem ut
conditionem essentialiem.

Respondeo, licet concederemus de ab-
soluta potentia ita potuisse fieri, quia &
totam materiam potuit permittere designa-
tioni Ecclesie, ut colligatur ex dictis disp. I.
sect. 2. conclus. 1. nullà tamen auctoritate,
addo, vel congruentia rationis, ostendit
sic esse factum, prout colligitur in Sa-
cramento Ordinis ex diversa materia, sive
signo potestatis, quo utitur Ecclesia Latina
& Graeca, de quo luo loco.

Deinde disparatatem affingo, quod ma-
teria

Sed est pars
vel condi-
tio es-
sentialis.

Trident.

Forma
equidem
confer-
ratio-
nelli
est est dis-
positioni
Ecclesie.

87.

Nec simile
est de Ma-
trimonio.

88.

Melius si-
militer pos-
sunt re-
turnex Sa-
cramento
Ordinis.

89.

Matth. 19.

Innoc. III.

86.

Unde con-
fessatio illa
non est ali-
quid dum
taxat Sacra-
mentale.

Quamvis
& fatis ma-
gnis sit inter-
num &
aliud Sacra-
mentum
dipartitas;

Non tamen
sine aliqua
paritate.

90.
Car Christus requisi-
veri confe-
rationem,
Scotus.

Illeque
Episcopi,
ratio à prio-
ri est ejus
voluntas,

91.
Manifes-
ta omnium
consensu,

Solo Cajetano con-
statidente,

Innixi de-
bili fatis
fundamen-
to,

teria Ordinationis, ut mox dixi, sit signum aliquod reale ex instituto, designans potestatem, quae per Sacramentum conferatur. Et quamvis Christus potuisse tale signum determinare seu instituere, voluit tamen hoc relinquere arbitrio hominum, ad quos de per se spectat hujusmodi signorum ordinatio.

At vero materia Confirmationis est duplex substantia, oleum scilicet & balsamum, quorum significatio est naturalis. Huic autem dupli substantia superaddit Christus benedictionem, sive signum benedictionis, permittens nihilominus Ecclesie ejus determinationem in particulari quo est aliqua paritas inter materiam hujus Sacramenti, & materiam Sacramenti Ordinationis.

Sed quorū, inquit, requisiuit Christus illam confectionem? Respondeo penes ipsum est. Quis Confiliarius ejus fuit? Scotus supra ad 2. objectionem, scilicet: *Quia nec in Baptismo necessaria est aqua consecrata*: Respondet n. 3. in fine: *Ad secundum dicendum, quod Christus contactu sue carnis mandissima omnem aquam consecravit in usum Baptismi, non sic autem materiam illam Confirmationis: & ideo requiritur hic specialis sanctificatio*. Quod etiam est rationabile magis, quam ibi; *qua Baptismus est Sacramentum necessitatis, & ideo potest à quocumque ministro conferri, & rationabile est quod in aqua non consecrata: alioquin materia conveniens non posset esse communis, & impediretur salus mulorum*.

Interrogas iterum; esto requiratur benedictio, cur non sufficit benedictio simplicis Sacerdotis? Respondeo iterum; pro ratione à priori stat voluntas Christi, quam satis clare expressit Concil. Florentinum dicens: *Ab Episcopo benedicto*.

Atque haec est ultima pars conclusionis, communis omnium Scholasticorum (Cajetano excepto) si intelligatur de ministro ordinario, ita ut si à Presbytero benedicatur Christus sine speciali commissione, non valeat Confirmationis cum tali Christmate collata. Solus Cajetanus ad q. 72. art. 3. oppositum putat rationi magis consentaneum, idque quia Sacerdos simplex potest efficer maximam confectionem, scilicet Eucharistie; ergo & quamcumque minorem, ita ut facta teneat, quamvis peccet faciendo.

Debole profecto fundamentum & mindus altum ad superadficandam singularem opinionem: quippe in causis ac virtutibus limitatis, prout est potestas consecrandi, nullum argumentum sumitur à majori ef-

fectu ad minorem, quando unus alterum non includit, neque ei subordinatur. Quia autem inclusio aut subordinatio benedictionis Christiatis ad confectionem Eucharistie? Herculē nulla, cùm hanc res omnino diversa ac disparate, à quibus non valet consequentia; siquidem non sequitur: Homo potest producere hominem, qui perfector est; ergo etiam multam; Ignis potest generare ignem; ergo etiam aërem, licet mindus perfectius sit.

Alioquin eodem arguento probare potuisse Cajetanus Presbyterum valide confirmare & ordinare, consecrare templa, altaria, calices & similia (qua hæc omnia minora sunt, quā Confidere Eucharistiam, secundum illos, qui, ut diximus disp. 1. sect. 4. conclus. 3. præferunt Eucharistiam ceteris Sacramentis) quæ tamen sine dubio falsa sunt; idque quia postulant propriam & speciale potestam distinctam à potestate consecrandi Eucharistiam, quæ limitata est ad suos actus.

Sic ergo est in præsenti. Nam etiam confectio seu consecratio Christiatis est specialis actus à Christo institutus, requiriens speciale potestam: hanc autem ut ex traditione antiqua colligatur, dedit Christus solis Episcopis: Sed neque Ecclesia concessit simplicibus Sacerdotibus; utpote quæ à sui exordio ubique usum illius potestatis ipsis interdixit, ut in progressu patebit. A quo ergo habuerunt?

Hac itaque sententia reliqua tamquam minus tutâ, ne dicam temeraria, quia sine fundamento contra torrentem DD. Super-est videndum, an simplex Sacerdos sicut est minister extraordinarius ipsius Sacramenti, ita etiam esse possit minister extra-ordinarius benedictionis Christiatis.

Dubitare videtur Scotus supra num. 2. ibi: *Sanctificatum (Christma) specialiter ab Episcopo, vel alio, cui talis sanctificatio poterit committi. Quasi diceret, vel alio, si poterit committi, hoc est, ex hypothesi quod possit committi. An autem possit, ibi Do-ctor non disputat.*

Expressius pro sententia affirmante loquitur in Report. cædem dist. & quasi n. 1. ibi: *Et debet Christina compositione esse ex oleo oliva & balsamo, sanctificatum sanctificatione Episcopali communiter, id est, ordinariæ: ergo extraordinariæ sufficit sanctifica-tio Presbyteralis.*

Ac pro hac sententia, licet mindus com-muni, probabili tamen, citat Pontius supra parte 2. c. 4. num. 2. Cajetanum, Valen-tiam, Puteanum, Hugolianum, Irribame & affergit.

Sect. I. De Essentia Confirmat. Concl. 4. 443

94.

Petigianum. Et hi duo, inquit, postremi potissimum inducti videntur in hanc sententiam, quia sibi persuaserunt illam etiam docuisse Scotum.

Perfusaerunt omnino, & non absque fundamento; quia verba sunt clarissima, si non absoluta & assertiva, saltem dubitativa. Nam quod Suarez disp. 33. sect. 2. §. Tertia sententia est, & ipsum fecutus Pontius supra n. 3. dicunt, Scotum ibi nihil de confessione Chrismati, sed solum de Sacramenti Confirmationis ministerio disputare, nemo non videt esse falsum, cui non fuerint oculi excacati contraria opinione.

Nec miror Suarium ut alibi, ita etiam hic errasse in interpretanda mente Scotti; sed summoperè miratus fui Philippum Fabrum, alioquin profitement Scotti doctrinam, in 4. dist. 7. disp. 27. q. 2. n. 18. Suarez interpretationem exscriptisse. Si hoc est doctrinam Scotti magnâ facilitate dilucidare, & contra Adversarios omnes veteres & recentiores defendere (quod elogium scriptis illius Autoris tribuitur in titulo libri) nescio quid sit obscurare, & corrumpere.

Certum igitur apud omnes esse debet, Scotum favere sententiae, affirmanti ex commissione Papæ simplicem Sacerdotem posse Chrisma benedicere; quæ etiam eo ipso tuta est: extat quippe grave illud testimonium doctrinæ Scotti; quod ejus libri absque ulla erroris nævo usque in hanc diem in OEcumenicis Concilij inviolata permanesit. Neque hæc opinio suis de-slituitur fundamentis.

Principium existimat, quod defumitur ex Florentino supra de hoc Sacramento ibi: Ordinarius minister (ipius Sacramenti) est Episcopus. Ex quo colligunt Doctores, ut iusta videbimus, extraordinarium ministerium Sacramenti posse esse simplicem Sacerdotem. Quidni etiam benedictionis, quæ minor est in eodem ordine, & Sacramento subordinata? Etenim illius potentia apparet disponere materiam, cujus est inducere proximè formam.

Sed contra Primum: ministerium Eucharistie committitur Diacono, non tamen consecratio.

Respondeo; quia ministerium minus est, quam consecratio; autem administratio five consecratio Sacramenti major est, quam benedictio, five preparatio materiae.

Contra Secundum; quare igitur Florentinum similiter non dixisset, materiam esse Chrisma benedicti ab Episcopo ordinariè.

Respondeo; quia supposuit eundem esse

ministrum benedictionis & Sacramenti; adeoque putavit sufficere ultimo loco & principaliori distinguere.

Contra Tertiò; non legitur Pontificem objicere aliquando commissione potestatem conficiendi Chrisma ac benedicendi simplici Sacerdoti, bene potestatem administrandi Sacramentum, cā tamen lege, quod utetur Chrismate per Episcopum benedicto, ut expressis verbis significat Florent. supra dicens: Legitur tamen aliquando per Apololicę Sedy dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem Chrismate per Episcopum concocto hoc administrasse Confirmationis Sacramentum: Ergo non est eadem ratio de consecratione Chrismati, & ministracione Confirmationis.

Et quamvis esset, euidem in ijs, quæ pendent ab institutione, non queritur rationis paritas, sed voluntas instituentis per Scripturam, aut Ecclesiam. Porro Ecclesia semper & ubique docet, & docuit confessionem Chrismati soli Episcopo esse propriam, Sacramentum autem ipsum aliquando commisit simplici Sacerdoti.

Atque hæc sit potissima ratio contrarie sententiae, quæ uti communior, ita appetret probabilior saltem ex auctoritate; adeoque in præmia magis tuta. Num propterea sequenda?

Dico, si de facto alicui simplici Sacerdoti Pontifex committebat hujusmodi consecrationem, quamvis probabilis sit commissionem non valere; attamen sine peccato, propter probabilitatem contrarie sententiae, sicuti Pontifex ex iusta causa committeret, ita Sacerdos commisionem posset exequi, & exequeretur.

Nec obstat periculum invaliditatis, quia minister Sacramenti non semper tenetur sequi partem tutionem de valore Sacramenti, præsertim quando non est Sacramentum necessarium, & non obstat præceptum Ecclesie. Jam autem Confirmatione per se non obligat, ut patet in sequenti: & aliunde Pontifex est supra leges Ecclesie; lieet etiam nulla sit lex, qua prohibeat Sacerdoti consecrare Chrisma ex commissione Papæ.

Quarit alius à me, cur ergo Pontifex numquam talen potestatem delegaverit? Respondeo, quia numquam judicavit subesse justam causam delegandi; cum facile possit Chrisma ab Episcopo benedictum ubique deferri; non ita facile Episcopi ubique possunt esse presentes ad confirmandū.

Quod si contingeret casus in longinquâ aliqua regione, quæ primum ad fidem convertitur, nec Episcopum posse esse presentem,

nec

96.
Ex quibus
objectioni-
bus colligi-
tur major
legitimi-
tas &
probabili-
tas paris
negativa.

Quo non
obstante
potest Po-
nifex licet
commis-
te, & Sacer-
dos com-
missionem
exequi.

97.
Numqua-
m commis-
te, & Sacer-
dos ju-
stæ cau-
la.

Suarez hic
erat in
interpretanda
mente Sco-
ti.
Philippus
Fabius.

Sententia
Scoti tuta
est,

95.
Suntque ini-
nituti foun-
damentis.

Contra
quam ob-
jec. 1.

Responde-
tur.

Objicetur

Responde-
tur.

Quia possit
esse in illis
locis, ad que
Chrismata ab
Episcopo
benedictum
deferti ne-
quirentur.

nec Chrismata ad eam deferri ab Episcopo benedictum; non video quare Pontifex lecundum probabilem sententiam, praeferim tempore persecutionis, quando hoc Sacramentum est maximè necessarium ad fortiter fidem profundendam, quare, inquam, non possit Sacerdoti ibidem commorantem delegare potestatem, & consecrandi Chrismata, & eodem Christmate confirmandi. Valeat quantum valere potest, saltem non obterit, & aliunde tam committens, quam exequuntur propter probabilitatem sententiae, excusantur à peccato irreverentia, licet Sacramentum exponatur periculo nullitatis.

Simili modo quidam argumentantur, & conantur probare Papam non posse dispensare in Matrimonio rato; quia, inquit, numquam dispensavit: ergo non potest.

Sed gratis admisso antecedente, nego consequentiam. Quippe numquam judicavit Pontifex adesse sufficientem causam dispensandi, sine qua, eti fortè validè, ut quidam volunt, saltem non potest licite dispensare. Allegetur iusta causa, & videbimus quid Pontifex si facturus. Ceteroquin ex negatione actus de per se male interfertur negotio potestatis.

Solet etiam pro sententia, quia appetit esse Scotti, à quibusdam citari Concilium Toletanum I. c. 20. ubi sic ait: *Quamvis penè ubique custodiatur, ut absque Episcopo Chrismata nemo conficiat, tamen quia in aliquibus locis vel provincijs Presbyteri dicuntur Chrismata conficeret. Placuit, ex hac die nullum alium, nisi Episcopum, Chrismata conficeret. Ergo est solius preceptum; quippe neque reprehendit factum neque declarat invalidum.*

Respondent aliqui Concilium loqui de Chrismate baptismali; siquidem immediate sequitur: *Et per diacestum destinare, ita ut de singulis Ecclesijs ad Episcopum ante diem Pascha Diaconi destinentur, aut Subdiaconi, ut confitendum Chrismata ab Episcopo definiatur, ad diem Paschæ posse occurre. Utique in ordine ad baptismalem unctionem (nam Confirmatoriam singula Ecclesia jure ordinario non ministrant) quam primus instituit Sylvester, teste Damaso & alijs; & ad quam Presbyteri Palentini in Hispania consecrabant Chrismata, eò quod carerent proprio Episcopo.*

Insuper Presbyteros territorij prænominati non solum illicite, sed etiam invalidè consecrassæ ejusmodi Chrismata (esto solum suffit ceremoniale) videtur Pontio supra parte 2. c. 4. n. 5. satè clare significare in quadam sua epistola ad Frates territorij Palentini Montanus Archiepiscopus Toletanus, qui Concilio Toletano II. præfuit,

ibi: *Nova namque presumptio præsidentium vobis Presbyterorum (loquitur de Presbyteris Palentinis) nostrorum paliavit auditus; statim nova tantum, & non dæcensibilis dicta post, qua ab initio fidei Catholica numquam, praeterea, subrepuisse probatur, ut id per manus summi Pontificis trina divinitatis invocatio consecrare consuevit, Presbyter ignarus discipline conficeret sibi Chrismata præsumeret. Hoc si ignoraret, tam demens Sacerdos esse non debet; si presumptionis est, hunc schismaticum esse quis nesciat, qua mauditam rem, & religioni contrariantem, senescente iam mundo, talis temerator iudicatur?*

Et infra. An sorbitam Sanctorum Patrum regulas & constitutiones Synodicas ignoratis, quibus præcipiantur Parochenenses Presbyteri, nam per viiores personas, sed aut per seipstos, aut per rectores sacrariorum, annuis vicibus Chrismata a præsidente sibi Episcopo petant? Credo quod ipsi petere iussi sunt, potestatem conferendi penitus abstulerunt.

Et in alia Epistola ad Theoribium Asturicensem & Palentinum Episcopum hæc habet: *Quidam Presbyteri anxi temerari, res sacras non tam consecrare, quam violare præsumunt, & cunctis ab initio fidei Catholica seculis inustitutis summae sui ordinis hominibus, usi tantum Pontificibus, debitum ius consecrationis Christmatis, nescio, quo typo an denuntiā dicam, indubitate afflūunt. Quod quam scire legum sit, p̄sistam conscientiam tuam latere non credo.*

Illi citam benedictionem in his verbis agnoscō, invalidam haud clare video: nam qui prohibet consecrare, potestatem licet consecrandi penitus auferit. Et qui facilegit consecrat, licet validè, non tam consecrare, quā rem sacram violare præsumunt.

Constat, inquit B. Martyr Cyprianus in Epistola contra haereticos, & refutat 1. q. 1. c. 70. oleum, unde baptizati magnum, sanctificari, & Eucharistiam fieri apud illos omnino non posse, ubi s̄t nulla est & fides falsa. Quis autem dubitet Episcopum haereticum validè benedicere Chrismata, & Eucharistiam conficeret?

Violare tamen præsumunt, quia indigne tractat, juxta illud Gratiani 24. q. 1. c. 4. *Quicumque ab unitate Ecclesia fuerit alienus, exercare potest, consecrare non valet. Ubi Gloss. Verb. Non valet: inquit: Conficiat tamen etiam extra Ecclesiam, si formam obferet: quia hoc Ordinis est, quem retinet recedens ab unitate Ecclesia. Nonne & benedicere Chrismata est actus Ordinis? Nemo ambigit.*

Ut ut sit, sive validè, sive invalidè consecraverint, sive ad Confirmationem, sive validè ad Baptismum, in capite præmemorato ad factum narratur aliquorum particularium, maxime ut sit.

89.
Adserunt
pro senten-
tia affirma-
tiva Con-
Toletanum,

Quod aliqui
aliter assertor-
precentur;

99.

etiam
tum fa-
tum parti-
cularium.

ut significant illa verba: Tamen quia in ali-
quibus locis vel provinciis, narratur, inquam,
sed non approbat. Imò implicitè repro-
batur, quoniam contra communem Eccle-
siæ conuentudinem, ut colligitur ex primis
verbis: Quamvis ubique pene custodiatur.

Quod autem addit: Placuit ex hac die,
non sequitur antea fuisse licitum, aut vali-
dum, sed ex nunc novâ lege prohibetur &
corrigit imperitum errorem paucorum
Presbyterorum; prout fecerat Sylvester
Papa, qui, ut refertur in ejus vita, consti-
tuit Chrisma ab Episcopo confici, utique
novo decreto tribuens, quod illis ex divina
institutione, teste Fabiano, Dionysio,
Clemente & alijs, qui Sylvestrum præces-
serunt, competebat.

Eadem lex diu post Concil. Toletanum
Bracar. renovata iterum fuit in Concilio Braca-
rensi I. c. 37. Si quis Presbyter, inquit, post
hoc interdictum ausu fuerit Chrisma benedicere,
aut Ecclesiam, aut altaria consecrare, à suo of-
ficio deponatur. Nam antiqui hoc Canones ve-
tuerunt &c. Certe ab initio Ecclesia illam
benedictionem Presbyteris fuisse prohibi-
tam, liquidò constat ex verbis Montani
statim allegatis. Imò communis sententia
& indubitate est, semper etiam invalidam
fuisse, nisi accederet consensus, sicutem
Episcopi.

Ideoque forte Concilium Toletanum
non expressè declaravit factum invalidum,
supponens hoc omoibus notum esse ex sub-
jecta materia, utpote cum Presbyteri illi
id facerent sine legitima commissione, aut
delegatione. Ergo neque ex Toletano, ne-
que ex Bracarense Concilio quidquam effi-
cacerit concluditur, pro una, aut altera sen-
tentia.

Dices; Toletanum post verba supra ex
ipso recitata, statim subiungit: Episcopo sanè
certum est, quod omni tempore licet Chrisma con-
ficere, sine conscientia autem Episcopi nihil pen-
itus Presbyter agere presumant. Ergo saltem
ex conscientia sive commissione Episcopi
possunt Presbyteri Chrisma conficeret.

Respondet Primò, supposito quod
hīc solùm agatur de Chrismate baptisinali,
quod solùm est ceremoniale, & non sacra-
mentale, ut dixi, sicut Pontifex illam chris-
tationem instituit, ita non dubito quin
posset prescribere certam formulam bene-
diceendi hujusmodi Chrisma, quo Presby-
teri ex consensu Episcopi possent uti.
Modò autem cum sit una tantum & eadem
forma benedicendi, & idem Chrisma Con-
firmationis, atque Baptismi, ideo

Respondeatur Secundò, Concilium ibi
loqui de ordinariis munij Sacrorum,

v.g. unctione baptizati in vertice, quæ non
licebat olim Presbytero præsentie Episcopo
sine illius consensu; imò nec in baptiste-
rium introire. Unde subditur: Statutum
vero est Diaconum non chrismare, sed Presby-
terum, absente Episcopo, præsentie vero non, nisi
ab ipso fuerit præceptum.

Sed hoc mitigatum est ab Innoc. I. Innoc. 2.
Epist. 1. c. 3. ibi: Nam Presbyteris, seu ex-
tra Episcopum, seu præsentie Episcopo baptizant,
Chrismate baptizatos ungere licet &c.

Magis videtur urgere, quod in Conci-
lio Bracarense benecictio Chrismati annu-
meretur confectione Ecclesiæ, ac altaria,
prout etiam apud Dionysium de
Ecclesiastica Hierarchia c. 5. ibi: Precipue
vero ordinis Hierarchico pra. ceteris ordibus
divina lex diviniores ceremonias assignavit. Quo-
circa divina lex sacram Hierarchorum ordinum
ceremoniam (id est, Ordinationem) divinis
unguenti confectionem, atque sanctam altaris
confectionem, divinorum Pontificum efficacibus
facultatibus singulari munere attribuit.

Planum autem est confectionem alta-
ris posse delegari simplici Sacerdoti: ergo
etiam confictio Chrismati, nisi offendatur
ratio specialis; sicut est in ministerio seu
collatione Ordinum; quamvis & Ordo
Subdiaconatus & Diaconatus possit Sim-
plici Sacerdoti committi, ut proprio loco
apparet. Cur ergo similiter nequeat com-
mitti confictio Chrismati?

Hic non habent Adversarij quid respon-
deant nisi Ecclesiam aliquando delegasse
unam potestatem, & non aliam. An haec
responsio satisfaciat, relinquo iudicio lecto-
ris.

Transeo ad Epistolam D. Hier. ad Ru-
sticum Narbonensem, ubi habentur haec
verba: Denique Chrismati ea ratio est, arque
hic ordo legitimus consecrandi. Baptizatum Do-
minus, & in similitudine columbe in specie
Chrismati a Patre unicum fuisse, manifestum
est, ac plenitudo Sacramenti corpus eius, & san-
guis offensus, que, cum offerre licet, etiam reli-
qua, que in eo sunt, consecrare. Quia in Christo
omnis plenitudo divinitatis corporaliter habitat.
Presbyteri ergo, si necesse est, possunt Chrisma
conficer, quia in corpore eius Chrisma est, &
quidem hoc regulariter nunc servatur a plu-
rimis, atque in Ecclesijs multis sic sita faciunt.
Quid clarius dici poterat, si modò vere?

Sed quæ responsio? Omnes ferè Recen-
tiores notant, illam non esse Epistolam
D. Hier: cum ibi doceantur aliena à fide,
videlicet Presbyteros, & Episcopos esse
æqualis potestatis, & alia pericula in fi-
de, puta omnia Sacraenta à Sacerdote
ministrari & confici posse. Ex quo errore
Kkk 3 facile

unctione
baptizau in
vertice.

103.
Benedictio
Chrismati
annumer-
atur confe-
ctionem Ec-
clesiae.
S. Dionysius.

Si ergo hæc
committi
possit sim-
plici sacer-
doti, quidam
illat.

Qnod ma-
gis robora-
tur ex Ep-
stola D.
Hieron.

Qnam re-
centiores
notant non
esse Hieron-
ymus

Quæ ne-
que ex To-
letano ne-
que ex Bra-
carense Co-
cilii quid-
quam effi-
caciem pro
altera tra-
sententia co-
cluditur.

102.

Nequidem
quod hoc
possint Pres-
byteri ex
conscientia
Episcopi,

Loquitur
enim Tole-
tanum de

facile derivatus est alias de consecratione
Chrismatis à Presbytero.

Quod autem adfertur de usu aliarum
Ecclasiartum, consuetudo non est, sed cor-
ruptela, cui semper Ecclesia generalis con-
tradicxit, ut patet ex Concilijs supra relatis,
ideoque de ea nihil curandum.

Hic finit materiam remotam, de qua
fortassis plura, quam ratio nostrae scriptio-
nis exigat; sed ut spero non propterea mi-
nus grata Theologis, qui non superficia-
lem, sed fundatam expectant doctrinam.
Incipio materiam proximam, pro qua
erit

CONCLUSIO V.

Materia proxima Confirmationis est unctio in fronte
per modum crucis, ex præ-
cepto Ecclesie facta imme-
diatè pollice dextro.

105.

Prima pars est communis, desumpta
ex Concilio Florentino de hoc Sacra-
mento §. Effectus autem, in fine: Ideoq; in
fronte, ubi verecundia sedes est, confirmandus
inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat:
& præcipue crucem eius, que Iudeis est scandi-
lum, gentibus autem scutitia, propter quod signū
crucis significatur. In quibus verbis exprimitur,
ut patet, unctio in fronte per modum
crucis.

Consonat Doctor Sabtilis 4. dist. 7. n.
Cui conso-
nat D. Sub-
tilis.

2. dicens: Materia proxima, id est, illud visibile,
quod concurrit in fundamento est unctio, facta
in fronte, in figura crucis. Addit: Cum Chris-
mate sanctificato, quod in hac conclusione,
ex dictis in precedenti conclusione, sat
subintelligitur; & quandoquidem materia
proxima, sit applicatio materiae remote.

Enimvero forma hujus Sacramenti, qui-
buscumque verbis exprimatur, immediate
cedit sive determinat, non ipsum Chrisma
sanctificatum, sed unctionem sive applica-
tionem istius Chrismatis ad hominem con-
firmandum, & per ipsam immediate sig-
nificatur effectus Sacramenti.

Quippe sicuti panis materialis non nu-
trit corpus, nisi per coctionem debite
applicatus; & oleum non confortat, aut
roboret corpus, nisi quod illo inungitur;
ita quoque panis Eucharisticus non nutrit
spiritualiter animam quamdui per come-
xionem non constituitur praesens; neque
oleum seu Chrisma benedictum robur spi-
ritus tribuit ad fortiter Christi fidem con-
fitandam, nisi perunctionem corpori ap-
plicetur.

Et hinc saepissime SS. Patres Sacra-
mentum hoc vocant *Vunctionem*, ut omnes in-
telligenti nomine esse Sacramentum permane-
nens, quemadmodum Eucharista, sed
transiens sive consistens in usu, sicut Ba-
ptismus, & cetera Sacraenta, quorum
esse est fieri. Pro quo

Nota nonnullos ex Gracis docuisse;
ipsum Chrisma esse Confirmationis Sacra-
mentum, duetti verisimiliter auctoritate
Cyrilli Jerosolymitani Catech. 3. ubi sic
inquit: *Quemadmodum panis Eucharistie, post
spiritus sancti invocationem, amplius non est
panis communis, sed est corpus Christi; sic actum
hoc unguentum, non amplius est unguentum
mundum, neque commune, postquam iam confe-
ratum est, at est Chrisma (vel, ut alii legunt,
Chrisma Christi) quod aduentu Spiritus
sancti efficaciam habet per ipsius divinitatem,*

At facilis est responsio; comparationem
videlicet in hoc confitere, quod utraque
res, panis nempe & Chrisma, ante con-
secrationem sit res communis, & post
consecrationem sacra, sed alio modo nam
panis Eucharisticus ante usum continet
corpus & sanguinem Christi, aeoque
efficaciter significat gratiam substanti-
alem, id est, ipsum auctorem gratia sancti-
ficantis seu inherentis, quod sufficit ut sit
verum Sacramentum, iuxta dicta dispe-
sect. 1. conclus. 2. Nihil autem tale re-
peritur in Chrismate sanctificato; utpote
quod per consecrationem solum efficaciter
apta materia ad causandam gratiam ex
opere operato in actuali sui, cum debita
forma verborum, applicatione.

Quod optimè noverat D. Cyrius; &
ideo verbis prædictis continuò attexit:
*Quo frons, & ali sensus tui symbolū, id est,
Sacramentaliter, inunguntur. In ipsa ergo
unctione, etiam secundum illum sanctum
Patrem, & non in nudo Chrismate bene-
dicito, consistit essentialiter & comple-
te Sacramentum Confirmationis.*

Porro quod unctio haec debet fieri in
figura Crucis, non efficaciter colligitur
ex forma, si haec valeat: *Confirmo te, ut
conclus. 2. argumentabamur de Chrif-
mate: Et dato, quod forma communis
non verificaretur in hoc punto, num
propteresset necessariò falla in aliqua
sui parte essentiali? Minime. Ubi si quis
dextrâ baptizans, diceret: *Baptizo te in
nomine Patris &c.* validè baptizaret;
quia quod dextrâ vel sinistrâ fiat plen-
est Baptismo accidentale.*

Aliunde